

856 d. [m.] | Sept. Aistomodio, | reg. Germ.¹, | Septimii Philippu[s] |
et Heliodorus | fratri incompar.

Carnunti (Petronell) rep. (III 4453 vidit Mommsen). — 1) Regulus gentis Germanicae praeterea ignotus, a Septimio Severo civitate donatus.

857 d. m. | Abgar¹ | Prahates² | filius, rex | principis² Orrhenoru, |
Hodda | coniugi bene | merenti fec.

Romae (VI 1797 vidit Henzen). — 1) Henzeno videtur hic esse Abgar (Ἀβγαρος) Osrhoenae rex, a Severo comiter Romae receptus (Dio 79, 16; Herod. 5, 9, 2), a Caracalla in vincula coniectus (Dio 77, 12), Gutschmidio (Untersuch. über d. Geschichte des Königreichs Osroene, Mém. de l'Académie de St. Petersbourg XXXV, 1887 p. 45) Abgar is, quem in regnum avitum restitutum esse sub Gordiano docent nummi (Eckhel 3, 516); eum tamen umquam Romae fuisse mera est coniectura. — 2) Nisi plura turbata sunt, videtur legendum esse Phraetis et principis vocabulum delendum (Mo.). (Gutschmidio videtur Abgar, qui et Phraetis, dici rex Osrhoenorum, idem filius principis; patrem enim eius, Mannum dictum in nummis, regis nomine abstinuisse). — Ad eiusdem domus regiae homines spectat alter titulus Romae repertus, scriptus versibus Graecis, ap. Kaibel ep. Gr. 585 = Inscr. Gr. Ital. Sicil. 1515.

858 Numidarum prima mulierum |
Plancina, genere regio, |
bona mater, bona coniunx, |
hic sum sepulta multis |
[U]lacrimis meorum amaris, |
matrona honesta praeter alias femina[s], |
hic sum sepulta exorta genere regio, |
ter denos annos et ter ternos functa cura |
bonarum feminarum. Q. [A]rruntius Mas. fi[l].

Prope Siccam Veneriam provinciae Africae rep. (Eph. ep. 5, 655 Schmidt vidit ectypum).

859 pro sal. et incol. reg. Masunae gent. | Maur. et Romanor.¹, cast-
rum. edific. a Mas[givini]² pref. de Safar.³ * iidir.⁴ proc. cast[ra] Severian.⁵,
quem Masuna Altava posuit | et Maxim. proc. Alt. perfec., p. p. CCCCLXVIII.⁶

In Mauretania loco dicto Hadjar er-Rim, iam Lamoricière, ubi fuit Altava, rep. a. 1877 (VIII 9853 cf. p. 975 vidit Wilmanns). — 1) Μασσωνᾶς regulus Maurorum, quem narrat Procopius (bell. Vand. 2, 15) anno 555 Romanis se iunxisse, fortasse idem est, ut vidit Mommsen, atque hic Masuna. Eo tempore, quo hic titulus positus est (cf. not. 6), cum Vandali Carthagine dominarentur, sive eum ipsum, sive alium eiusdem nominis et conditionis, appellatum esse regem gentium Maurorum (sive Maurorum) et Romanorum, valde notabile est. — 2) Idem sine dubio Maurum nomen occurrit, ut monuit Mommsen, apud Corippum Iohann. 4, 954. — 3) Safar videtur fuisse oppidum Mauretaniae vicinum Altavae, cf. C. VIII p. 858. — 4) Vocabulum obscurum. Vilefossius legit Ildir, putans Ildericum aliquem una cum Masgivine castrum aedificasse. — 5) Castra Severiana et ipsa oppidum fuerunt Mauretaniae. — 6) Positum (?) provinciae (anno) 469, i. e. anno p. Chr. 508. (De aera provinciae Mauretaniae cf. C. VIII p. 1062).